AVGVSTINI BEROII

QVONDAM IVRISCONSVLTI BONONIENSIS PRÆCLARISSIMI,

QVAESTIONES FAMILIARES.

OMNIBVS PRAGMATICIS, ET IN FORO VERSANTIBVS, PERQUAM UTILES.

Denuò excuſæ, cum Additionibus & Remiſſionibus

IOANNIS MYLII

AVGVSTANI, V. I. D. REIPVBLICÆ AUGUSTANÆ CONSILIARII ET ADVOCATI.

Es del Colegio de los Angeles

Cum duplici Indice rerũ memorabilium, quę in hoc opere continentur, locupletiſsimo ac fideliſsimo.

AVGVSTÆ VINDELICORVM, TYPIS Iohannis Prætorij: Sumptibus Sebaſtiani Mylij, Bibliopolæ Auguſtani.

ANNO M. DC. XXIX.

1º
14451

NOBILITATE ET PRVDENTIA CLARISSIMIS VIRIS Dn. Dn.

HIERONYMO

Im Hof / zu Spilsberg / vnd Ober-Schwanbach:

ET

BERNHARDO

Rehlingern.

SAC. CÆS. MAIEST. CONSILIARIIS,

ET

AUG. VIND. DUUMVIRIS PRÆF.

QVemadmodum laudem non exiguam merētur illi, qui opus aliquod egregium in lucem emittūt, ita non vituperandi ſunt ii, qui tale opus jamdudum in lucem emiſſum, diſtractis omnibus exemplaribus, à multis deſideratum, novam lucem aſpicere curant.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE SALAMANCA

AVGVSTINI BEROII JVRISCONSVLTI BONONIENSIS FAMILIARES Quæſtiones.

SVMMARIVM.

1 *Maioris Pœnitentiarij officium, & iuriſdictio poſt mortem durat, & ab eo, ſede vacante, exerceri poteſt.*

2 *Diſpenſatio facta à maiore Pœnitentiario de mandato Cardinalium, Apoſtolica ſede vacante, fortè non valeret.*

3 *Authoritas ſedis Apoſtolicæ etiam poſt mortem Papæ durat.*

4 *Speciale, & expreſſum, ſeu ſpecialiter, & expreſſè, idem important.*

5 *Expreſſum quid dupliciter dicitur.*

QVÆSTIO I.

CVM in quæſtionem cecidiſſet, Vtrum major Pœnitentiarius, Apoſtolica ſede per obitum Papæ vacante, ita juriſdictionem ſuam retineat, ut diſpenſare potuerit etiam cum illa clauſula, auctoritate Sedis Apoſtolicæ, & de ejus ſpeciali expreſſo mandato, tàm ſuper gradibus ſoli Papæ reſeruatis, quàm ſuper alijs, Putaui quæſtionis hujus ſolutionem dependere ab ijs, quæ habentur *in clemen. ne Romani, §. eo tamen. de electio. & ibi ſcriben. poſt. glo. in ver. maiorem*, ubi † majoris pœnitentiarij officium mor-
te Papæ non expirat, ſed mortuo quoque Papa ejus juriſdictio durat, ipſe- 1
que illam exercere valet, præterquam tempore incluſionis pro electione futuri pontificis, ſi is conclaue ingreſſus fuerit. Nam ſecundum aliquos ille juriſdictionem habet ordinariam uel ſaltem delegatam ad cauſarum univerſitatem, quæ inſtar ordinariæ eſt. *ad not. per Alex. in l. more, col. 6. ff. de iuriſd. om. iud.* Habet etiam hoc præcipuũ, quòd morte Papæ ſua juriſdictio non ſuſpenditur, ideoque poteſt diſpenſare in caſibus pœnitentialibus etiam arduis & ſoli